

Folium .xliij.

I ncipit liber Tertius.		
D e corruptela peccati.		
I ncipiunt tituli capitulorum Tertij libri.		
D e malo in genere	i	
D e peccati diffinitione	ij	
Q uid sit peccatum secundum rem	iii	
Q uid sit peccatum secundum nomen	iiii	
D e origine peccati	v	
D e diuisione peccati	vi	
D e effectu peccati	vij	
D e peccato originali secundum rem	viii	
D e peccato originali secundum nomen	ix	
D e primis motibus	x	
D e morosa delectatione et consensu in peccatum	xj	
		D e peccato veniali
		D e effue spiritus venialis
		D e septem vicijs capitalibus
		in genere
		D e superbia
		D e inuidia
		D e ira
		D e accidia
		D e auaricia
		D e gula
		D e luxuria
		Quando septem vicia sunt mortalia vel venialia
		D e peccato in spiritu sancto
		E numeratio peccatorum

Explaciant tituli capitulorum Tertij libri.

De malo in genere. **C**apitulum Primum.

Malum triplex est videlicet culpe pene et damni. quod opponitur triplici bono. scilicet honesto delectabili et utili. Nam culpe opponitur honestum. Pene opponitur delectabile. Damno opponitur utile. et malum est utile multis modis. Primo modo propter suam ordinationem quia propter purificationem ponitur in loco inferiori. in vniuersitate rerum. Unde bene ordinatur sicut et ordinate ponitur. Diabolus in inferno. Fur in patibulo. Secundo modo est utile propter suam coactionem. Amaritudo enim conscientie cogit hominem recedere a peccato. Jeremias. Arguet te malicia tua et auersio tua. Ibidem. Vide quod malum et amarum est dereliquisse te deum tuum. Tercio est utile per ipsius mali considerationem. Ex eo enim quod homo malum videt naturaliter proficit. quia sicut homo naturaliter bonum appetit. ita naturaliter malum horret et fugit.

De peccati diffinitione. **C**apitulum .ij.

Malum in genere sequitur de malo culpe in specie. Diffinitio autem peccati multis modis. Primo ab Augustino. Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi id quod iusticia vetat. Secundo sic ab eodem. Peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei. Tercio sic ab Ambrosio. Peccatum est peruersio legis diuine et celestium inobediencia preceptorum.